



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

19 Clemens Papa VIII. constitutionem Sixt. V. ad terminos sacrorum
canonum reduxit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

corporalia consecrans aut benedicens, etiam bona fide, eandem suspensionis poenam ipso facto incurrit ut, per Navar. *de senten. excom. conf. 69. numer. 1. par. 2.*

16 Decimo, † Episcopi ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, qui titulares vocantur, in quocunque loco, etiam quantumcunque exempto, & nullius diæcesis, si quem promoveant ad quemcunque ordinem, etiam ad primam tonituram, cujusvis privilegii, etiam familiaritatis prætextu, sine licentia ipsius proprii Ordinarij, sunt ab exercitio pontificalium per annum suspensi, concil. Trident. *cap. 2. de reformat. sess. 14.*

17 Et † Pius V. post publicationem concil. Trid. decreto suo consistoriali sancivit, hujusmodi Episcopos non esse creandos, neque Suffraganeos dandos, nisi ecclesiis Cardinalium, & illis, quæ solent habere, & cum certo stipendio perpetuo ad minus ducentorum aureorum de Camera super fructibus illius ecclesiæ, qui propria auctoritate ab ipso percipi possint,

18 † Et quod nullibi possit pontificalia exercere, sine expressa licentia Sedis Apostolicæ, nisi in illa diæcesi, cui datus est in Suffraganeum, congr. conc. *super d. cap. 2. sess. 14.* Et Sixtus V. *sua constitutione, quæ incipit; Sanctum, & salutare, in 2. part. Bull. Rom c. 29.* diversas alias poenas, & censuras ecclesiasticas contra Episcopos, & alios Prælatos in ordinum collatione peccantes, & similiter contra clericos, tam seculares, quàm regulares, malè promotos constituit, absolutionem, & dispensationem Sedi Apostolicæ † reser-

vando, quam Clem VIII. ad termines sacrorum canon. ac constit. Pij Papæ II, & dispositionem decretorum sac. conc. in omnibus, exceptis contra simoniacè ordinantes, & ordinatos, per eundem Six. V. inflictis restrinxit, atque reduxit, ut in constitutione & reductione, de qua per Greg. Sayr. in *Thes. cas. consc. lib. 4. c. 17. in fi.* ubi etiam tenet, quod, qui in poenas prædictæ Bull. Six. V. antequam hæc Clementis VIII. constitutio edita, & promulgata fuit, inciderunt, à prædictis poenis virtute posterioris Clem. VIII. constitutionis non liberantur, sed earum absolutionem, & dispensationem à summo Pontifice petere, & obtinere tenentur, ac si dicta constitutio Clem. VIII. edita non fuisset, *ubi post finem constit. vers. primum est.*

20 Minores † legitima ætate, vel extra tempora, aut ad duos sacros ordines eadem die ordinantes, ab ordinandi potestate sunt suspensi, donec à Sede Apostolica absolutionis beneficium obtinuerint, *cap. litteras, cap. vel non, & c. dilectus, de rem. ord. & c. si qui Episcopi, 1. quest. 1 conc. Trid. in c. 13. de reformat. sess. 13.*

21 Ordinibus † autem sacris clericos patrimonium, aut beneficium, vel pensionem non habentes promoventes, illis vitæ necessaria ministrare tenentur, donec eisdem de beneficiis competenter fuerit provitum *c. Episcopus, c. tuus, de prob. & dign. c. si Episcopus, eod. tit. in 6. & conc. Trid. 22 cap. 2. de reformat. sess. 21.* † Potes tamen Episcopus ordinare subditos suos ad ordines subdiaconatus, ac diaconatus, ad titulum, & portionem ecclesiarum matricum, non obstant. quod non participant de fructibus illarum, nisi post susceptum ^{pres.}